

libris aquę ad medietatis consumptionem; sub finē co-  
cturę adde vini odorati libram, modicęque vnā bul-  
liant, hinc colaturę adde nucis muscatę, cinnamomi, ro-  
satę nouellę, ana 3 *ss.* sacchari albi q. s. secundum artem  
fiat *Potus Hippocraticus.*

℞ pulegij, abrotani ana m. j. *ss.* florum camomillę,  
meliloti ana m. j. seminum anisi, cumini ana 3 j. epi-  
thymi, polypodij quercini ana 3 vj. centaurei minoris,  
rutę, ana m. *ss.* coquantur in æquis portionibus aquę  
& vini, ad tertię partis consumptionem; sub finem ad-  
datur aliquid aceti squillitici; fiat *Fomentatio* pro ven-  
triculo.

℞ olei capparorum, liliorum, amygdal. dulcium ana  
3 *ss.* seminum nigellę, anethi, cinnamomi clecti ana 3  
*ss.* croci g. xij. ammoniaci 3 ij. cerę q. s. fiat *Vnguentũ* mol-  
le, quo post fomentationem partes ventriculo subiectę  
vngentur matutina vespertinaque hora.

℞ olei rutacei, in quo semina anisi, cumini, centaurei  
minoris cocta sint, 3 j. picis naualis 3 ij. misceantur ven-  
trique accommodentur, si flatibus turbetur; stomachus  
autem cum oleo mastichino atque macis vngatur.

℞ rosarum rubrarum, florum camomillę ana m. j. fo-  
liorum centaurei minoris, pulegij, absinthij ana 3 iiij.  
seminum rutę, anisi, fœniculi, cumini, fœni Gręci ana 3  
j. *ss.* crassiusculę contendantur; fiat *Sacculus* pro stoma-  
cho, cum aceto vinoque albo irroretur sæpius, ventri-  
culoque applicetur calens.

℞ radicum ebuli 3 j. foliorum rutę, sambuci, anethi  
ana m. *ss.* seminum anisi, cumini, dauci ana 3 j. cinna-  
momi 3 *ss.* contusa coquantur in æqua portione vini o-  
doriferi & aquę; fiat *Fomentatio* abdominis, in quo fla-  
tus obmurmurare solent.

℞ rad. ebuli 3 ij. foliorum betę, violarum, brassicę,  
maluę, mercurialis ana m. ij. lupulorum, fumarię, cętau-  
rei minoris ana m. j. *ss.* florum camomillę, meliloti ana  
m. ij. *ss.* seminum lini, fœni Gręci ana 3 iiij. coquan-  
tur in aqua q. s. ad tertię partis consumptionem; in quo